

TOWARDS SOMETHING - CHAPTER SEVEN

The chapter on *toward something* is divided into three parts.

The first part includes a definition of toward something and then the properties of toward something are considered. Up to this point, the division of this chapter would seem to be like that of substance and of quantity.

But then an objection is made to the first definition. A second definition is proposed. And another property is brought out. From the objection and second definition, we can see the distinction between what the Latins called *relativa secundum dici* and *relativa secundum esse*. We can also see the surprising order of considering toward something before quality even though the latter is in being or causality before toward something.

The third part of the chapter is very brief in which Aristotle notes the difficulty of considering toward something.

The first definition of toward something is those things, which in what they are, are said of another or toward another in some way. There is a distinction between the first examples given by Aristotle and then the second ones he gives. The first examples are purely towards something such as greater or lesser and (more distinct ones) such as double and half. But the second examples he gives are mainly of qualities primarily which have some toward something *following upon* what they are.

Aristotle then considers the properties of toward something thus defined. He first considers properties that belong to some of those that are said toward something and then the stricter properties.

The first property is to have a contrary. This fits those said toward another which are qualities, such as virtue and vice, but not those which are purely toward something such as double or half.

The second property is to admit or more and less. This also fits those said toward another which are qualities, but only some of those purely said toward

another. One thing may be more or less like another, but one thing is not more or less double than another.

Aristotle then turns to two stricter properties.

The first is that what is said toward something will have that something said reversibly towards it. If the master is said to be the master of the slave, then reversibly the slave is the slave of the master. This would not seem to be true in some cases. If the correlative has not been stated correctly, it does not seem to be reversible. If the slave, for example, is said to be the slave of a *man*, the man is not said to be the *man of the slave*. But if one takes the correct correlative of *master*, then reversibly the master is the *master of the slave*. The reverse may take a different ending or preposition. Knowledge is knowledge *of* the known and the known is known *by* knowledge. Sometimes it may be necessary to coin a word to state the proper correlative.

The second stricter property is that the correlatives are together by nature. But here Aristotle says that this is true of the purely relatives such as double and half. But it is not true of relatives that are qualities such as knowledge and sense. What knowledge and sense are of can be before them and without them.

At this point, Aristotle raises an objection or difficulty which leads him to reject or modify the first definition of toward something. Each part of a substance can be said to be of another: for example, the hand of a man or the head of a man. If the first definition of towards something is correct, then substance would a collection of relations. Hence, there is need to look again at the definition of toward something to avoid this absurd consequence of it.

Aristotle then modifies the original definition to that whose (whole) *being or nature* is to be towards something (and not just *said* to be of another).

He then gives another property of toward something, which is that if one of the correlatives is known so is the other. They are known together.

Aristotle ends the chapter on towards something by noting the difficulty of the matter.

Having given an outline of the chapter, we can come back on a number of things.

First, we should concentrate on the name of this genus. It is correctly translated *toward something* (*ad aliquid* in Latin for the *pros ti* of the Greek) rather than by the word *relation*. Thomas Aquinas points out how the more abstract word is not said toward something:

Ponit tres modos, quibus aliqua dicuntur ad aliquid non secundum se, sed secundum aliud...Secundus modus est, quando aliqua abstracta dicuntur ad aliquid, quia concreta habentia illa abstracta ad aliud dicuntur; sicut aequalitas et similitudo dicuntur ad aliquid, quia simile et aequale ad aliquid sunt. Aequalitas autem et similitudo secundum nomen non dicuntur ad aliquid.¹

Moreover, to speak of a relation between two things is to speak as if there is one accident between them. Thomas touches upon this in the following text:

...quidam dixerunt, ut Avicennna , tract III *Met.*, c. X, dicit, quod eadem numero relatio est in utroque extremorum;

quod non potest esse, quia unum accidens non est in duobus subjectis; et ideo dicendum, quod in utroque extremorum est una relatio

differens ab alia in quibusdam secundum speciem, sicut in illis quae diversis nominibus utrinque nominantur, ut paternitas et filiatio;

sed in quibusdam non differunt specie, sed numero tantum, sicut quando utrumque est unum nomen ut in similitudine et aequalitate; et tunc relatio quae est in uno sicut in subjecto, est in altero sicut termino, et e converso;

et ideo relatio secundum esse suum, prout in re fundamentum habet, non est medium, sed extremum, sed secundum respectum est medium; unde patet quod realiter distinguuntur.²

¹*In V Metaphysicorum*, Lectio XVII, nn. 1030-1031

²*Scriptum Super Lib. I Sententiarum*, Distinctio XXVII, Quaestio I, Art I, Ad 2

The question also arises why towards something is considered before how or quality. Aristotle had distinguished the first four genera in the order of nature, but in the order of teaching, he places toward something before quality. Porphyry has a similar change in the *Isagoge*. He enumerates the five predicables in the order of nature: genus, difference, species, property and accident. But he considers, in the order of teaching, genus and species before difference. The reason there seems to be that genus and species are defined and, hence known, toward each other. But why is there this reversal of order here?

This text of Albert shows some of the difficulty of untying this knot:

Ex hoc iterum ulterius patet ratio ordinis, quod post praedicamentum quantitatis inter genera accidentium praedicamentum hoc est ordinandum, quia scilicet quantitas propinquissima est substantiae, cum substantia ordinanda est. Propter quod etiam quantitatis diffinitiones quamvis concernant materiam, non tamen concernunt hanc vel illam sensibilem, et sunt propter hoc de necessitate mathematicae scientiae. Aliorum autem accidentium diffinitiones et passiones concernunt materiam sensibilem et habent plus de accidentalitate, et minus appropinquant ad substantiam. Et cum inter illa plus habet de accidentalitate ad aliquid, ut dictum est, merito praeponitur inter illa.

Et hoc dico salva pace Boetii, qui aliam causam assignat hujus ordinationis: dicit enim quod quia in ordine discretarum quantitatis est primum et secundum, quae relationem et comparisonem dicunt, et quia tam in praedicamento substantiae quam in praedicamento quantitatis resultant genus et species quae sunt relativa, ideo statim post ista duo ponitur relatio, quamvis qualitas secundum naturam qualitatis sit ante relationem. Quae ratio non est sufficiens, sicut cuilibet bene consideranti facile patere potest.³

Cajetan's text also has some difficulties in its solution, I think:

³Albert, *De Praedicamentis*, Tractatus IV, De Praedicamento Ad Aliquid Caput II, Laval ed. p. 115

Post praedicamentum quantitatis statim tractat de genere ad aliquid, quum quantitatem maxime sequitur ad aliquid et iam in praedicamento quantitatis sermo de ad aliquid inceptus est, ubi de magno et parvo disputatum est; et iterum in praedicamento qualitatis de ipso habendus est sermo, licet naturae ordine post qualitatem et actionem et passionem sit.⁴

I think the chief reason is connected with the two definitions of this chapter.

6a 36-37: "Those are said to be toward something which, as regards what they are, are said to be of another or in some other way toward another."

8a 31-32: "Those are toward something whose being is toward something in some way."

The first definition is said to be Platonic.⁵ But this definition is so broad as to include the parts of substance and qualities that have a relation following upon them. The *nature* of quality and the parts of substance are not primarily to be toward something; and the second definition limits this genus to that whose whole being or nature is to be in some way toward another. Since this book is about names signifying what things are, we must take into account the distinction between something whose whole nature is to be toward something and something whose fundamental nature is not that, even though it may have some relation following upon it.

How should *esse* be understood in the second definition of toward something?

It should be understood for the nature, not the existence of relation. Sometimes *being* means the nature of a thing. The next two texts give the same threefold distinction of *esse*, but the second also explains the meaning of *esse* in the second definition of toward something as *nature*, not being in the sense of existence.

...secundum Philosophum, V *Meta.* (D 7. 1017a31035; L. 9, nn. 895-896) *esse* duobus modis dicitur.

⁴Cajetan, *De Praedicamentis*, Laval ed. p. 65

⁵ See *Sophist* 255d and *Republic* 438a 7-b1 and *Parmenides* 133d

Uno modo, secundum quod significat veritatem propositionis, secundum quod est copula; et sic, ut Commentator ibidem dicit (text 6) dicit, *ens est praedicatum accidentale*. Et hoc esse non est in re, sed in mente quae conjungit subjectum cum praedicato, ut dicit Philosophus in VI *Meta*...

Alio modo (1017a, 22-27; L. 9, nn. 889-895) dicitur esse quod pertinet ad naturam rei, secundum quod dividitur secundum decem genera. Et hoc quidem esse in re est, et est actus resultans ex principiis rei, sicut lucere est actus lucentis.

Aliquando tamen esse sumitur pro essentia, secundum quam res est; quia per actus consueverunt significari eorum principia, ut potentiae vel habitus.⁶

Another important text for understanding the word *esse* in this definition:

1. Videtur quod relationes ipsae non sint essentia divina. Aut enim quae relative in Deo dicuntur, sunt relativa secundum esse aut tantum secundum dici. Sed non tantum secundum dici; quia sic incideret haeresis Sabellii, ut supra in notula Hilarii habitum est. Ergo sunt relativa secundum esse. Sed talium relationum, secundum Philosophum, in *Prae.*, cap. "ad aliquid" esse, est ad aliud se habere. Ergo cum essentiae divinae esse non sit ad aliud se habere, sed sit esse absolutum, videtur quod non sit idem cum relatione quae secundum esse ad aliud est.

Ad primum igitur dicendum quod relationes istae non sunt tantum secundum dici ad aliquid, sed etiam secundum esse. Sed sciendum, quod esse dicitur tripliciter.

Uno modo dicitur esse ipsa quidditas vel natura rei, sicut dicitur quod definitio est oratio significans quid est esse; definitio enim quidditatem rei significat.

Alio modo dicitur esse ipse actus essentiae, sicut vivere, quod est esse viventibus, est animae actus; non actus secundus, qui est operatio, sed actus primus.

⁶*Scriptum Super Lib. III Sententiarum*, Distinctio VI, Quaest II, Art. II, Responsio

Tertio modo dicitur esse quod significabat veritatem compositionis in propositionibus, secundum quod *est* dicitur copula: et secundum hoc est in intellectu componente et dividente quantum ad sui complementum; sed fundatur in esse rei, quod est actus essentiae sicut supra de veritate dictum est.

Dico igitur, quod cum dicitur: *Ad aliquid sunt, quorum esse est ad aliud se habere*, intelligitur de esse quod est quidditas rei, quae definitione significatur; quia ipsa natura relationis per quam constituitur in tali genere, est ad aliud referri: et non intelligitur de esse quod est actus essentiae; hoc enim esse habet relatio, ex his quae causant ipsum in subjecto secundum quod esse non referur ad aliud, sed ad subjectum, sicut et quodlibet accidens.

Et sic dico, quod non oportet quod esse essentiae divinae sit ad aliud se habere; quia illud esse in quo paternitas et essentia uniuntur, significatur ut esse quod est actus essentiae; non autem uniuntur in esse quod significat definitio rei; quia alia est ratio paternitatis, qua ad aliud refertur, et alia ratio essentiae.⁷

And as every student of the seventh book of *Wisdom* (the seventh book *After the Books in Natural Philosophy*) knows, Aristotle often contracts his phrase *what was to be to to be*.

We can now examine the distinction between relations made in the two definitions. There is a fundamental distinction of relations made in Latin between the *relativa secundum dici* and the *relativa secundum esse*. This distinction tells us nothing about whether the relations are *real* or *of reason* and should *not* be confused with the distinction between real relations and relations of reason. A fundamental text on the distinction between *relativa secundum dici* and the *relativa secundum esse* is this text of Thomas:

...distinctio ista relativorum secundum esse et secundum dici, nihil facit ad hoc quod sit relatio realis.

Quaedam enim sunt relativa secundum esse quae non sunt realia, sicut dextrum et sinistrum in columna;

⁷*Scriptum Super Lib. I Sententiarum*, Distinctio XXXIII, Q. I, Art. 1, 1 and Ad 1

et quaedam sunt relativa secundum dici, quae tamen important relationes reales, sicut patet de scientia et sensu.

Dicuntur enim relativa secundum esse, quando nomina sunt imposita ad significandas ipsas relationes;

relativa vero secundum dici, quando nomina sunt imposita ad significandas qualitates vel aliquid huiusmodi principaliter, ad quae tamen consequuntur relationes.

Nec quantum ad hoc differt, utrum sint relationes reales vel rationis tantum.⁸

The first definition in this chapter would include *relativa secundum dici*.

In another text where Thomas considers the distinction between *relativa secundum esse* and *secundum dici*, he states that the *relativa secundum dici* that signify chiefly a quality belong in another predicament than relation or toward something:

...aliquando enim nomen imponitur ad significandum ipsam habitudinem; sicut hoc nomen "dominus" et huiusmodi, quae sunt relativa secundum esse, et alia dicta de Deo, sunt quidem relativa, quia etiam significant ex primo suo intellectu habitudinem quae secundum rationem est in Deo; sed ex consequenti faciunt intellectum essentiae, secundum quod talis habitudo fundatur in aliquo essentiali.

Aliquando autem nomen imponitur ad significandum illud supra quod fundatur habitudo, sicut hoc nomen *scientia*, qualitatem quam consequitur respectus quidam ad scibile. Unde ista talia non sunt relativa secundum esse, sed solum secundum dici. Unde ista principaliter dant intelligere rem alterius praedicamenti, et ex consequenti important relationem.⁹

⁸*De Potentia*, Q. 7, Art. 10, Ad 11

⁹*Scriptum Super Lib. I Sententiarum*, Distinctio XXX, Quaest. I, Art. II, Solutio

In the following text, Thomas explains why power or ability and science should be placed in the category of quality even though they have a relation:

licet potentiae conveniat ratio principii, quod in genere relationis est, tamen id quod est principium actionis vel passionis, non est relatio, sed aliqua forma absoluta; et id est essentia potentiae;

et inde est quod Philosophus ponit potentiam non in genere relationis, sed qualitatis, sicut et scientiam, quamvis utrique aliqua relatio accadat.¹⁰

This also seems to confirm the necessity of the second definition to exclude the *relativa secundum dici* that the first definition admits.

We do *not* mean that the distinction between the two definitions is that between the *relativa secundum dici* and *secundum esse*. For under the first definition come both *relativa*. But the second definition excludes the *relativa secundum dici* from being placed chiefly in this genus. The first definition of toward something is not a definition of relatives *secundum dici*, but it includes them. But the second definition is of relatives *secundum esse* and thus excludes relatives *secundum dici*.

There is another universal distinction of relations which should not be confused with the distinction between *relativa secundum dici* and *relativa secundum esse*. This is the distinction between real relations and relations of reason. Thomas points out this possible confusion in replying to an objection and give examples showing how a relation *secundum dici* can be *real* and a relation *secundum esse* of *reason*:

4. Praeterea, illa relativa in quibus non est relatio secundum rem, invenimus esse ad aliquid secundum dici tantum, sicut scibile, de quo dicit Philosophus, V *Metaphys.*, text. 20, quod est relatum quia aliud refertur ad ipsum. Sed de Deo dicuntur quaedam relativa quae sunt ad aliquid et secundum suum esse, ut dominus, rex et huiusmodi. Ergo saltem illa aliquam relationem realem in Deo significant.

¹⁰*De Potentia*, Q. 2, Art. 2, corpus

Ad quartum dicendum, quod illud non facit ad propositum; quia de utrisque relativis inveniuntur aliqua quae important relationem realem, et quae important relationem rationis; sicut *idem* importat relationem rationis, quamvis sit relativum secundum esse; et *scientia* importat relationem realem, quamvis sit relativum secundum dici.¹¹

Relations of reason would not be put in the category of toward something since the categories pertain to a division of real being. This is clear from the distinction of being in the fifth book of *Wisdom*. But is Aristotle's second definition of toward something meant to exclude relations of reason as well as *relativa secundum dici*? Perhaps the use of *to be* in the second definition for nature indicates that one is thinking of being in things and not just in reason. When Hamlet says to be or not to be: that is the question, he is speaking of being in things, not in reason.

Some have thought that all relations are something of reason and not in things, but this is a mistake. But the reason for this mistake is the weakness in being of relations. Thomas speaks of this weakness:

...ea quae sunt ad aliquid, remotiora videntur esse a substantia quam alia genera, ex eo quod sunt debilioris esse. Unde et substantiae inhaerent mediantibus aliis generibus, sicut aequale et inaequale, duplum et dimidium, mediante quantitate. Movens autem et motum, pater et filius, dominus et servus, mediante actione et passione. Et hoc ideo, quia substantia est per se existens; quantitas autem et qualitas sunt entia in alio; sed relativa non solum sunt in alio, sed ad aliud.¹²

The reality, or existence in things, of some relations is from their being accidents or having a cause in their subject. Relation is something (real) in creatures as having a cause in its subject. The following text of Thomas is useful for understanding what is responsible for a relation being real:

¹¹*Scriptum Super Lib. I Sententiarum*, Distinctio XXX, Quaest. I, Art. III, Obj. 4 & Ad 4

¹²*In XII Metaphysicorum*, Lectio IV, n. 2456

relatio secundum rationem sui generis, in quantum est relatio, non habet quod sit aliquid, sed solum quod sit ad aliquid.

Quod sit vero aliquid secundum rem, habet ex illa parte qua inest, vel ut idem secundum rem, ut in divinis, vel ut habens causam in subiecto, sicut in creaturis.¹³

Relation, as Thomas explains, is not an accident from its being alone toward something:

Illud autem quod ad aliquid dicitur, non habet rationem accidentis ex hoc quod est ad aliquid, sed solum ex hoc quod inest; et inde est quod sola relatio secundum rationem sui generis cum substantia remanet in divinis, nec tamen est ibi accidens.¹⁴

Whence some relations are of reason only because they have no foundation in the thing of which they are said:

...in relatione sint duo: scilicet relationis respectus, quo ad alterum refertur, in quo consistit relationis ratio; et iterum ipsum esse relationis, quod habet secundum quod in aliqua re fundatur, vel quantitate, vel essentia, vel aliquo huiusmodi: consideraverat relationes...secundum respectum in quo relationis ratio consistit, ex quo non habet quod aliquam rem inhaerentem imponat [importet]. Unde etiam inveniuntur aliquae relationes nihil realiter in re ponentes...et propter hoc dixit eas assistentes vel exterius affixas. Illae enim proprie relationes dicuntur exterius affixae et assistentes, quae cum proprie non habent fundamentum in re, tantummodo ex habitudine alterius ad rem de qua dicuntur, adveniunt; sicut dextrum in columna, quod dicitur de ipsa per hoc quod homo eam ad sinistram habet...¹⁵

In the distinction of the ten highest genera, Thomas separated quantity and quality from toward something because the former are said *absolutely*. What

¹³*De Potentia*, Q. 2, Art. 5, corpus

¹⁴*Quaestiones Quodlibetales*, Quodlibetum Septimum, Q. I, Art. 4, c

¹⁵Thomas Aquinas, *Scriptum Super Lib. I Sententiarum*, Distinctio XXXIII, Quaest. I, Art. I, Solutio

are said absolutely place something in that in which they are by what is private to what they are, but a relation does not have to do this:

...ea quae absolute dicuntur, secundum proprias rationes ponunt in eo aliquid in quo dicuntur, ut quantitas et qualitas, et huiusmodi. Unde nihil horum invenitur quod non realiter sit in Deo, de quo vere et proprie dicitur; et propter hoc non possunt de aliquo ex tempore dici, nisi illud mutetur per susceptionem ejus quod prius non habuit. Sed relatio secundum rationem suam non habet quod ponat aliquid in eo de quo dicitur, sed ponit tantum habitudinem ad aliud; unde invenitur aliqua relatio...non realiter existens in eo de quo dicitur; et ideo in talibus habitudines illae de novo dicuntur non per mutationem ejus, sed illius ad quod dicitur...¹⁶

The following text of Thomas brings out well what relation has in common with the other accidents and what is proper or private to it:

in quolibet novem generum accidentis est duo considerare. quorum unum est esse quod competit unicuique ipsorum secundum quod est accidens. Et hoc communiter in omnibus est inesse subiecto: accidentis enim esse est inesse.

Aliud quod potest considerari in unoquoque, est propria ratio uniuscuiusque illorum generum.

Et in aliis quodam generibus a relatione, utpote quantitate et qualitate, etiam propria ratio generis accipitur secundum comparisonem ad subiectum: nam quantitas dicitur mensura substantiae, qualitas vero dispositio substantiae.

Sed ratio propria relationis non accipitur secundum comparisonem ad illud in quo est, sed secundum comparisonem ad aliquid extra.¹⁷

From what does relation have existence in things?

¹⁶Thomas Aquinas, *Scriptum Super Lib. I Sententiarum*, Distinctio XXX, Quaest. I, Art. I, Soluti

¹⁷*Summa Theologiae*, Prima Pars, Q. 28, Art 2, C

Est enim natura relationis ut in aliis rerum generibus causam habeat, quia minimum habet de natura entis, ut Commentator, XII *Meta.*, (text.10), dicit.

Unde quamvis relatio per se non terminet motum, quia *in "ad aliquid" non est motus*, ut probatur in V *Phys.* (225b, 11), tamen ex hoc quod motus terminatur per se ad aliquod ens, de necessitate consequitur relatio aliqua. Sicut ex hoc quod motus alterationis terminatur ad albedinem, consequitur relatio similitudinis ad omnia alba; similiter etiam ex hoc quod motus generationis terminatur ad formam, consequitur haec relatio secundum quam materia esse sub forma dicitur...¹⁸

Although how much, how and toward something are said of substance by reason of something in it, there is an important difference in the ratio of toward something and the ratio of quantity and quality, in understanding what they are.

...relatio in hoc differt a quantitate et qualitate:

quia quantitas et qualitas sunt quaedam accidentia in subiecto remanentia;

relatio autem non significat, ut Boetius dicit [in libro *de Trinitate*], ut in subiecto manens, sed ut in transitu quodam ad aliud.....

Quod autem attribuitur alicui ut ab eo in aliud procedens non facit compositionem cum eo, sicut nec actio cum agente.

Et propter hoc etiam probat Philosophus V *Phys.*, quod in *ad aliquid* non potest esse motus: quia, sine aliqua mutatione eius quod ad aliud refertur, potest relatio desinere ex sola mutatione alterius, sicut etiam de actione patet, quod non est motus secundum actionem nisi metaphorice et improprie; sicut exiens de otio in actum mutari dicimus, quod non esset si relatio vel actio significaret aliquid in subiecto manens.¹⁹

¹⁸*Scriptum Super Lib. III Sententiarum*, Distinctio II, Quaest. I, Art. III, Solutio III

¹⁹*De Potentia*, Q. 7, Art. 8, corpus

For the goodness of the teaching, we can make more explicit the species of toward something with the help of some texts of Thomas. Here is a text towards the species of relation based on their foundations:

Dicendum ad primam quaestionem quod unio relatio quaedam est.

Omnis autem relatio, secundum Philosophum, V *Meta.*, (1020b 26-32) fundatur vel supra quantitatem, aut quod reducitur ad genus quantitatis, aut supra actionem vel passionem.

Unum autem reducitur ad genus quantitatis quasi principium quantitatis discretæ. Et supra ipsam fundatur identitas, secundum quod est unum in substantia; aequalitas, secundum quod est unum in quantitate; similitudo, secundum quod est unum in qualitate.

Unitio autem est quaedam actio vel passio qua ex multis efficitur aliquo modo unum; et hanc actionem sequitur ista relatio quae est *unio*.

Relationum autem tam harum quam illarum - quaedam innascuntur ex motu utriusque; et tunc oportet quod illae relationes sint realiter in utroque extremorum, sicut paternitas et huiusmodi - quaedam autem innascuntur ex motu unius sine immutatione alterius, quod accidit in his quorum unum dependet ad alterum; et in talibus relatio est secundum rem in eo quod dependet ad alterum, in altero vero est secundum rationem tantum.

Cum igitur in incarnatione non sit aliqua mutatio facta in divina natura, sed in humana quae tracta est ad unitatem in persona divina, erit haec relatio, scilicet *unio*, secundum rem in natura humana, in divina secundum rationem tantum, secundum quod dicit Philosophus in V *Meta.*, (1021a 28-29) quod "aliqua sunt relativa non quia ipsa referuntur, sed quia alia referuntur ad ipsa".

Unde unio secundum rem creatura quaedam est.

Ad tertium dicendum quod unio quae de Deo praedicatur non est neque Creator neque creatura; quia prout in ipso est, non est aliquid secundum rem, sed secundum rationem tantum.

Non tamen ratio est falsa, quia fundatur super relationem creaturae ad Creatorem; sicut est etiam de aliis relativis quae ex tempore de Deo dicuntur, ut Dominus et huiusmodi.²⁰

The following text divides the species of toward something in a way proportional to that in which Thomas distinguishes *where* and *when* etc. from *acting upon* and *undergoing*.

Oportet ergo in ipsis rebus ordinem quemdam esse; hic autem ordo relatio quaedam est. Unde oportet in rebus ipsis relationes quasdam esse, secundum quas unum ad alterum ordinatur.

Ordinatur autem una res ad aliam vel secundum quantitatem, vel secundum virtutem activam seu passivam. Ex his enim solum duobus attenditur aliquid in uno, respectu extrinseci.

Mensuratur enim aliquid non solum a quantitate intrinseca, sed etiam ab extrinseca.

Per virtutem etiam activam unumquodque agit in alterum et per passivam patitur ab altero;

per substantiam autem et qualitatem ordinatur aliquid ad seipsum tantum, non ad alterum, nisi per accidens; scilicet secundum quod qualitas, - vel forma substantialis aut materia, - habet rationem virtutis activae vel passivae, et secundum quod in eis consideratur aliqua ratio quantitatis, prout unum in substantia facit idem, et unum in qualitate simile, et numerus, sive multitudo, dissimile et diversum in eisdem, et dissimile secundum aliquid magis vel minus altero consideratur: sic enim alius aliquid altero dicitur.

Et propter hoc Philosophus in V *Metaph.* species assignans relationis, quasdam ponit ex quantitate causatas, quasdam vero ex actione et passione.²¹

²⁰*Scriptum Super Lib. III Sententiarum*, Distinctio V, Quaest. I, Art. I, Solutio I & Ad 3

²¹*De Potentia*, Q. 7, Art. 9, Corpus

In this text, Thomas sees one more cause of relation besides quantity and action & passion:

Ratio autem istorum modorum haec est. Cum enim relatio, quae est in rebus, consistat in ordine quodam unius rei ad aliam, oportet tot modis huiusmodi relationes esse, quot modis contingit unam rem ad aliam ordinari.

Ordinatur autem una res ad aliam, vel secundum esse, prout esse unius rei dependet ab alia, et sic est tertius modus.

Vel secundum virtutem activam et passivam, secundum quod una res ab alia recipit, vel alteri confert aliquid; et sic est secundus modus.

Vel secundum quod quantitas unius rei potest mensurari per aliam; et sic est primus modus.²²

Whence relation is a *res naturae* and has its unity or multiplicity:

...relationes differunt in hoc ab omnibus aliis generibus, quia ea quae sunt aliorum generum, ex ipsa ratione sui generis habent quod sint res naturae, sicut quantitates ex ratione quantitatis, et qualitates ex ratione qualitatis; sed relationes non habent quod sint res naturae ex ratione respectus ad alterum. Inveniuntur enim quidam respectus qui non sunt reales, sed rationales tantum: sicut scibile refertur ad scientiam, non aliqua reali relatione in scibile existente, sed potius quia scientia refertur ad ipsum, secundum Philosophum in V Metaphys.

Sed relatio habet quod sit res naturae ex sua causa, per quam una res naturalem ordinem habet ad alterum: qui quidem ordo naturalis et realis est ipsis ipsa relatio; unde dextrum et sinistrum in animal sunt relationes reales, quia consequitur quasdam naturales virtutes; in columna autem sunt respectu rationis tantum secundum ordinem animalis ad ipsam.

²²In V *Metaphysicorum*, Lectio XVII, n. 1004

Ex eodem autem habet aliquid quod sit ens et quod sit unum; et ideo contingit quod est una relatio realis tantum propter unitatem causae, sicut patet de aequalitate. Propter unam enim quantitatem est in uno corpore una aequalitas tantum, quamvis sint respectus plures, secundum quos diversis corporibus dicitur esse aequale. Si autem secundum omnes illos respectus multiplicarentur realiter relationes in uno corpore, sequeretur quod in uno essent accidentia infinita vel indeterminata.

Et similiter magister est una relatione magister omnium quos idem docet, quamvis sint multi respectus...

Sic etiam unus homo secundum unam realem filiationem est filius patris sui et matris suae, quia una nativitate unam naturam ab utroque accepit.²³

Again, whence relation has reality and unity or multiplicity

in Christo est una tantum filiatio secundum rem, quamvis sint plures respectus relativi secundum rationem....

in hoc differt ad aliquid ab aliis generibus: quod alia genera ex propria sui ratione habent quod aliquid sint; sicut quantitas ex hoc ipso quod est quantitas, aliquid ponit; et similiter est de aliis; sed ad aliquid ex propria sui generis ratione non habet quod ponat aliquid, sed ad aliquid: unde inveniuntur quaedam ad aliquid quae nihil sunt in rerum natura, sed in ratione tantum: quod in aliis generibus non contingit. Et quamvis ad aliquid ex ratione sui generis non habeat quod ponat aliquid, non tamen habet ex ipsa generis ratione quod nihil ponat, quia sic nulla relatio esset aliquid in rerum natura, unde ad aliquid non esset unum de decem generibus.

Habet autem relatio quod sit aliquid reale, ex eo quod relationem causat. Cum enim in aliquo invenitur aliquid reale, per quod ad alterum dependeat et comparetur, tunc dicimus realiter comparari vel dependere vel referri; sicut aequalitas relatio realis ponitur ex virtute quantitatis, quae aequalitatem causat.

²³*Quaestiones Quodlibetales*, Quodlibet Primum, Q. II, Art. 1, c

Quia vero ex eodem res habet esse et unitatem, ideo realis unitas relationis pensanda est ex ipso relationis fundamento vel causa; et quia una est quantitas, per quam pluribus sum aequalis, in me non est nisi una relatio realis aequalitatis habens respectum ad plures; similiter quia una nativitate ex patre et matre genitus fui, una filiatione reali dicor filius utriusque, quamvis multiplicentur respectus.²⁴

Again, whence relation has reality (whence relatio sit aliquid in rerum natura) and unity or multiplicity

sicut in I lib. (d. 26, q. 2, a. 2) dictum est, relatio non habet ex hoc quod ad alterum dicitur, quod sit aliquid in rerum natura; sed hoc habet ex eo quod relationem causat, quod est in re quae ad alterum dicitur. Et quia ex eo res habet unitatem et multitudinem ex quo habet esse; ideo secundum id in quo relatio fundatur, de ea judicandum est, utrum sit secundum rem una vel plures.

Sunt ergo quaedam relationes quae fundantur super quantitatem, sicut aequalitas quae fundatur super unum in quantitate. Et cum unitas quantitatis non sit nisi una in una re, inde est quod per unam aequalitatem est res aequalis omnibus quibus aequalis dicitur.

Aliae vero relationes fundantur super actionem et passionem. Et in istis considerandum est quod una passio respondet duabus actionibus, quando neutrum agens sufficit per se ad actionem complendam; sicut est in eo qui una nativitate nascitur ex patre et matre. Unde in patre et matre sunt duae relationes secundum rem, sicut et duae actiones; sed in nato est una relatio secundum rem, secundum quam refertur ad patrem et matrem, sicut et passio una.

Item considerandum est quod quaedam relationes non innascuntur ex actionibus secundum quod sunt in actu, sed magis secundum quod fuerunt; sicut aliquis dicitur pater postquam ex actione est effectus consecutus. Et tales relationes fundantur super id quod in actione ex agente relinquitur, sive sit dispositio sive habitus sive aliquod jus aut potestas vel quidquid aliud est huiusmodi.

²⁴*Quaestiones Quodlibetales*, Quodlibet Nonum, Q. II, Art. 3, c

Sed quia hoc quod relinquitur ex actionibus unius speciei, non potest esse nisi unum; inde est quod tales relationes etiam secundum rem non multiplicantur secundum diversas actiones, sed magis sunt unum secundum id quod ex actione relinquitur. Et propter hoc non sunt diversae relationes secundum rem in patre uno qui generat plures filios, nec in magistro uno qui docet plures discipulos.

Si autem sint actiones plures secundum speciem, causant etiam plures relationes specie differentes.²⁵

Again, whence relation has reality and unity or multiplicity:

Unitas enim relationis vel eius pluralitas non attenditur secundum terminos: sed secundum causam vel subiectum.

Si enim secundum terminos attenditur, oporteret quod quilibet homo in se duas filiationes haberet: unum qua refertur ad patrem, et aliam qua refertur ad matrem. Sed recte consideranti apparet eadem relatione referri unumquemque ad suum patrem et matrem, propter unitatem causae. Eadem enim nativitate homo nascitur ex patre et matre: unde eadem relatione ad utrumque refertur. Et eadem ratio est de magistro qui docet multos discipulos eadem doctrina, et de domino qui gubernat diversos subiectos eadem potestate.

Si vero sint diversae causae specie differentes, ex consequenti videntur specie differre. Unde nihil prohibet plures tales relationes eidem inesse. Sicut si aliquis est aliquorum magister in grammatica et aliorum in logica, alia est ratio magisterii utriusque: et ideo diversis relationibus unus et idem homo potest esse magister vel diversorum vel eorundem secundum diversas doctrinas.

Contingit autem quandoque quod aliquis habet relationem ad plures secundum diversa causas, eiusdem speciei: sicut cum aliquis est pater diversorum filiorum secundum diversos generationis actus. Unde paternitas non potest species differre: cum actus generationum sunt iidem specie. Et quia plures formae eiusdem

²⁵*Scriptum Super Lib. III Sententiarum*, Dist VIII, Art. V, Resp., nn. 57-59

speciei non possunt simul inesse eidem subiecto, non est possibile quod sunt plures paternitates in eo qui est pater plurium filiorum generatione naturali. Secus autem esset si esset pater unius generatione naturali, et alterius per adoptionem.²⁶

APPENDIX

The distinction between real relations and relations of reason is not made much in the *Categories*. This is a very difficult distinction to understand fully. Likewise, the distinction among the relations of reason is difficult to understand. We here give some fundamental texts from Thomas, which are useful to begin to understand these difficult matters.

Sometimes both relatives are real, sometimes both are not real, sometimes one is and the other is not:

...relativorum invenitur triplex diversitas.

Quaedam sunt quorum utrumque importat relationem non in re existentem, sed in ratione tantum; sicut quando ens refertur ad non ens, vel relatio ad relationem, vel aliquid huiusmodi, ut supra dictum est.

Quaedam vero quorum utrumque relationem realem importat, sicut Pater et Filius.

Quaedam vero quorum alterum importat relationem realem, et alterum relationem rationis tantum, sicut scientia et scibile.

Et huiusmodi diversitatis ratio est, quia illud supra quod fundatur relatio, quandoque invenitur in altero tantum, et quandoque in utroque;

ut patet quod relatio scientiae ad scibile fundatur supra apprehensionem secundum esse spirituale. Hoc autem esse

²⁶*Summa Theologiae*, Tertia Pars, Q. 35, Art. 5, C;

spirituale in quo fundatur relatio scientiae, est tantum in sciente et non in scibili, quia ibi est forma rei secundum esse naturale.

E contrario est de amante et amato, quia relatio amoris fundatur super appetitum boni; bonum non est aliquid existens tantum in anima, sed etiam in rebus. Unde dicit Philosophus, VI *Metaphys.*, text. 2, quod bonum et malum sunt in rebus; verum et falsum in anima; et ideo dicit Avicenna, tract. III *Metaph.*, cap. X, quod in amante et amato, in utroque relativorum est invenire dispositionem per quam refertur ad alterum; non in sciente et scibili; et ideo utrobique relatio realis est; sic etiam aequalitas, quae immediate fundatur supra quantitatem, quae in utroque est.²⁷

The major text dividing relations of reason and what is necessary for a real relation:

sicut realis relatio consistit in ordine rei ad rem, ita relatio rationis consistit in ordine intellectuum; quod quidem dupliciter potest contingere:

Uno modo secundum quod iste ordo est adinventus per intellectum, et attributus ei quod relative dicitur; et huiusmodi sunt relationes quae attribuuntur ab intellectu rebus intellectis, prout sunt intellectae, sicut relatio generis et speciei: has enim relationes ratio adinvenit considerando ordinem eius quod est in intellectu ad res quae sunt extra, vel etiam ordinem intellectuum ad invicem.

Alio modo secundum quod huiusmodi relationes consequuntur modum intelligendi, videlicet quod intelligit aliquid in ordine ad aliud; licet illum ordinem intellectus non adveniat, sed magis ex quadam necessitate consequatur modum intelligendi. Et huiusmodi relationes intellectus non attribuit ei quod est in intellectu, sed ei quod est in re.

Et hoc quidem contingit secundum quod aliqua non habentia secundum se ordinem, ordinate intelliguntur; licet intellectus non intelligat ea habere ordinem, quia sic esset falsus.

²⁷*Scriptum Super Lib. I Sententiarum*, Distinctio XXX, Quaest. I, Art. III, Ad 3

Ad hoc autem quod aliqua habeant ordinem, oportet quod utrumque sit ens, et utrumque distinctum (quia eiusdem ad seipsum non est ordo) et utrumque ordinabile ad aliud.

Quandoque autem intellectus accipit aliqua duo ut entia, quorum alterum tantum vel neutrum est ens: sicut cum accipit duo futura, vel unum praesens et aliud futurum, et intelligit unum cum ordine ad aliud, dicens alterum esse prius altero; unde istae relationes sunt rationis tantum, utpote modum intelligendi consequentes.

Quandoque vero accipit unum ut duo, et intelligit ea cum quodam ordine: sicut cum dicitur aliquid esse idem sibi; et sic talis relatio est rationis tantum.

Quandoque vero accipit aliqua duo ut ordinabilia ad invicem, inter quae non est ordo medius, immo alterum ipsorum essentialiter est ordo: sicut cum dicit relationem accidere subiecto; unde talis relatio relationis ad quodcumque aliud rationis est tantum.

Quandoque vero accipit aliquid cum ordine ad aliud, inquantum est terminus ordinis alterius ad ipsum, licet ipsum non ordinetur ad aliud: sicut accipiendo scibile ut terminum ordinis scientiae ad ipsum, nomen scibilis relative significat; et est relatio rationis tantum. Et similiter aliqua nomina relativa Deo attribuit intellectus noster, in quantum accipit Deum ut terminum relationis creaturarum ad ipsum; unde huiusmodi relationes sunt rationis tantum.

3. Praeterea, hoc nomen *Dominus* relationem significat, cum sit relativum secundum esse. Sed Deus est Dominus non secundum rationem tantum. Ergo nec huiusmodi relationes sunt in Deo secundum rationem tantum.

Ad tertium dicendum, quod sicut aliquis est idem sibi realiter, et non solum secundum rationem, licet relatio sit secundum rationem tantum, propter hoc quod relationis causa est realis, scilicet unitas substantiae quam intellectus sub relatione intelligit: ita potestas coërcendi subditos est in Deo realiter, quam intellectus intelligit in ordine ad subditos propter ordinem subditorum ad ipsum; et propter hoc dicitur dominus realiter, licet relatio sit rationis tantum.

Et eodem modo apparet quod Dominus esset, nullo existente intellectu.²⁸

In the above text, Thomas would seem to distinguish about five kinds of relation of reason. But he distinguishes them first into two. All relations of reason are either attributable to things only as they are in the understanding or to them as they are outside the reason. Some relations of reason, such as genus and species, are said of things only insofar as they are in reason (where they are universal).

The relations of reason that are said of things in themselves are of four kinds whereby they depart in some way from what is required for a real relation:

- (1) when one or both of the things between whom there is relation does *not exist* (outside the mind); as today is before tomorrow
- (2) when the things are *not distinct* outside the soul; as Socrates is the same as Socrates
- (3) when one is not orderable to the other because it is itself a relation or order; as a relation to its subject
- (4) when the foundation of the relation is founding only one which is really toward the other, but not vice-versa; as the known to the knowledge or knower

Perhaps in the first three, there is a relation of reason in both relatives. But in the last, only in one.

There seem to be two most universal divisions or distinctions of relations that we find in Thomas.

Every relation is either a real relation or a relation of reason.

²⁸*De Potentia*, Q. 7, Art. 11, c.

Every relative is either a relative secundum dici or a relative secundum esse

There is a danger in understanding *dici* and *esse* in the second distinction and confusing them with the first two.

One could criss-cross the two divisions, but would this give four kinds or only three kinds:

	Real relations	Relations of reason
Relativa secundum dici	scientia & sensus (important relationes reales)	???
Relativa Secundum Esse	double & half father & son	dextrum et sinistrum in columna Dominus idem genus & species ??

DIVISION OF CHAPTER SEVEN: TOWARD SOMETHING OR RELATION

The first definition and some properties

The first definition of toward something

The first definition

Definition exemplified (in two kinds of example)

The properties of toward something

Weaker properties

Some of the above have a contrary and some do not

Some said more or less and some not

Stronger properties

Said in return with another

Shown in some

Qualification
 Objection and its solution
 Together by nature
 Where this is true
 This is not so in some cases
 Knowledge and the knowable
 Sense and the sensible

The second definition and another property

The second definition of toward something

The difficulty from parts of substance & defect of first definition

Solution: the second definition

How it is towards first definition: first definition more universal

Another property of those whose whole nature is towards something

- if one knows determinately one of those toward something, he knows also that to which it is.

The difficulty of the matter

Duane H. Berquist